

# Symbolae criticae et hermeneuticae ad Taciti Agricolam.

Scriptit A. Giefebrecht, Rector et Prof.



## Jahresbericht

über

Das Fürstlich-Hedwigische Gymnasium zu Neustettin,

für das Schuljahr 183 $\frac{4}{5}$ .

womit zu der am 6ten October 1835 anzustellenden

Prüfung der Zöglinge des Gymnasiums,

und Einführung des Herrn Dr. Knick als Oberlehrers desselben

ganz ergebenst einladet

A. Giefebrecht,

Professor und Rector Gymnasii.

---

C ö s l i n.

G e b r u c k t b e i C. G. H e n d e s.

WINDY  
MAY 18 1864  
NEW YORK

## Symbolae criticae et hermeneuticae ad Taciti Agricolam.

---

### 1.

#### Prologi Tacitei in librum de vita Agricolae paraphrasis.

Scio, in eorum numero, quorum ego judicia revereri debeo, haberi mihi, qui, cognito de loceri vita scribendi consilio, reprehendendum me putent, quod in ipso melioris temporis initio, ubi quum omnibus id unum, ne recurrere praeteritorum similia tempora possint, elaborandum sit, tum ii, qui in rebus scribendis operam collocent, nihil prius habere debeant, quam ut Domitiani mores vel acerrime infectentur, scelera ipsius eorumque, qui his interfuere, abominanda omnibus proponant, neglecto officio publico, privatis sensibus obsecutus a meliore ratione desciscere videar. Quibus ego, antequam opus ingrediar, paucis respondendum puto.

Constat igitur a vetustissimis temporibus solitum esse fieri, ut clarorum virorum facta moresque posteris traderentur, idque ne nostris quidem temporibus ab eo hominum genere, quod sua bona negligentius habens, praeterita mirari soleat, intermissum, quoties elucens aliqua virtus et in cognitione omnium collocata eo laudis processisset, ut jam neque ignorari posset, neque invidiam admitteret, id quod sane utrumque non magis in parvis quam in magnis civitatibus quadamtenus accidere solet. Verum olim, sicuti, ut agerentur, quae laude digna essent, et *in ipsa hominum natura positum erat et temporibus non impediatur*,<sup>2)</sup> ita non gratia, quam aut haberent aut quaerent, sed ipsa rei honestate vel ii, qui famam quandam ingenii affecuti erant, ad tradendos memoriae egregios homines alliciebantur. Atque etiam suarum rerum enarratio adeo non arrogantiae crimen subibat, sed ejus videbatur, qui conscius sibi ejusmodi vitae (ita aetas) esset, quae populi judicia non vereretur, ut neque fidem ea res Rutilio aut Scauro ademerit, neque invidiam conflaverit. Ita *quaelibet laus*<sup>3)</sup> iisdem temporibus verissime judicatur, quibus uberrime provenit.

Nunc autem mihi, quum jam vitam ejus viri, in quo mortuo nullus jam gratiae aut ambitioni locus esset, scribere pararem, *venia eorum opus fuit, qui*<sup>1)</sup> aliud quiddam jam agendum putarent, quorum auctoritas tantopere reverenda erat, ut *conatu abfistendum*<sup>4)</sup> putassem, nisi in animo esset, mox facere, quod illi jubent, ut Domitiani tempora enarrem.

Quamquam illa ejusmodi fuere, quae saevitia sua etiam *bene scribendi* 3) facultatem adimerent. Legimus enim, aliter non credituri, in actis publicis, capitali poena *dignum* 5) fuisse, quum ab Aruleno Rustico Paetus Thrasea laudatus esset, Helvidius Priscus ab Herennio Senecione. Neque in scriptores tantum, verum etiam in libros eorum saevitum *est*, jussis triumviris rerum capitalium clarissimorum ingeniorum monumenta in comitio ac foro exurenda curare. Scilicet illo igne pariter et vox populi Romani et senatus libertas et generis humani conscientia exstingui putabatur, praesertim etiam exterminatis, qui philosophiam profiterentur, omnibusque, *in quibus aliquid majoris spiritus inesset*, in exsilium actis, ne quid usquam, quod *probrosum non esset*, adspiceretur. Insigne hercule! patientiae exemplum edidimus, utque patres, quid ultimum in licentia esset, experti sunt, ita nos, quid in servitute. Quippe etiam sermonum inter propinquos facultas clandestinis delatorum insidiis eripiebatur, essetque vel eo perventum, ut cum voce etiam memoriam perderemus, si oblivio aequae ac silentium in nostra potestate esset collocata.

Nunc demum recreari coepimus. at coepimus modo, nam etsi primo statim beatissimi seculi ortu, dum foris Nerva Trajanus imperii felicitatem auget, domi Nerva Caesar duas res, quae antea fugere invicem visae sunt, conjunxit, principatum et *vere dicendi* libertatem, ut jam securitas publica non in spe tantum omnium ac votis habeatur, sed certam etiam in posterum votorum fiduciam praebens adsit, tamen *ne nunc quidem satis idonei nobis videri debemus, qui majores res scribendas aggrediamur*. Quippe ea est naturae humanae infirmitas, ut remedia malorum malis tardiora sint, et veluti corpora sensim augentur, eademque uno temporis puncto pereunt, ita et ingeniorum alacritatem et studiorum diligentiam facilius oppresseris, quam revocaveris. Insinuatur enim vel bonorum animis dulcedo quaedam *inertiae*, et quae primo odio habetur desidia, mox otii nomine etiam amatur. Quid? si per quindecim annos, quibus Domitianus rempublicam oppressit, quod sane in tanta vitae humanae brevitate longum temporis spatium est, multi casu obiere, alii iique promptissimi *ingenio*, principis saevitia intercepti sunt, pauci non ceteris tantum, sed, si ita dicere licet, *nobis ipsis superstites* sumus, tot annorum incrementis ex media vita sublatis, quorum decursu, qui juvenes eramus, ad senectutem, qui senes, ad decrepitam aetatem orationis facultate non exercita pervenimus? Quae *etsi diffidi viribus jubent*, ne tamen opera mea deesse videatur, vel incondita impolitaque oratione, qualis esse oppressis tamdiu ingeniis potest, prioris servitutis et testimonium praesentium bonorum componere aliquando non gravabor. Interim autem hic liber, quem in honorem Agricolae, soceri mei conscribendum putavi, futurum spero, ut, dum pietate scriptum profiteor, ab iis, qui vere judicant, laudetur, excusetur certe a severis illis, qui publicam rem nunc potius agendam, quam privatam statuunt.

1. Non praeposterum debet videri, quod interpretandi initium ab his verbis sumitur, quibus Tacitus *veniam* sibi incepti *petendam fuisse* dicit. Quisquis enim non singillatim concisa quaedam scriptorem loqui, sed uno tenore praefationem decurrere putaverit, facile ei, ni fallor, apparebit, sedem verae falsaeve interpretationis in hoc loco positam esse. Cujus explicandi quum neque priorum editorum, ne *Walchii* quidem, rationes placeant, neque serenus ille *Waltheri* vultus, comiter, ut nimiae subtilitates caveantur, monentis, probabiliter arrideat, alia via incedendum puto. Videtur enim nimis sollicita editorum cura in hac una quaestione commorata: *cujus rei* venia peteretur? quum facilius locus pertractaretur, si quis quaereret: *a quo* petenda fuerit? De qua re mihi sic videtur, non ab *imperatore* peti, ita enim, quum doleat faciendum Tacitus, aut in ipsum Nervam invehatur aut in temporum rationem, — non a *lectoris* librum, propter rudem et inconditam vocem (c. 3.), quum appareat, haec verba, quae sunt: *at mihi — opus fuit*, prioribus illis opponi: *apud priores — bonae conscientiae pretio ducebatur*, in quibus de ipsa re, non de scribendi praestantia agitur, — non ab iis, qui *pridem edendam fuisse* vitam Agricolae putent, hi enim stolide putent, neque sit, cur stolidorum ratio habeatur, — ne ab his quidem, qui, quum Domitiano dominante *adversus bonos* atque etiam ipsum Agricolam *saevierint*, ne sub Nervae quidem imperio plane metuendi non sint, quod facere, ne dicam eloqui, Tacito indignum putaverim; — sed a morosis illis Stoicis, qui nihil temporum mutationibus concedentes, implacabili ambitiosoque odio principatum et ejus mala impugnabant, quos quam saepe, etiam in nostro libello, Tacitus reprehendat, egregie *Walchius* docint. Ab his enim Tacitum, simulatque id fieri potuit, ad scribendos, quos postea scripsit nostroque loco scripturum se spondet, historiarum sui temporis libros incitatum puto, ut defuturum reip., nisi suo quoque ingenio, sua doctrina aliquid ad tradenda perpetuae infamiae Domitiani tempora contulisset. Hos igitur, cognito Taciti consilio, castigavisse virum putaverim: videret, quid ageret? non ita jam publico commodo inserviri, si quis suam domum laudaret, haud absimilis futurus ei, qui se. Imo privatos sensus jam omnes patriae condonandos, exemplum saevitiae Domitianum et eos, qui cum illo scelesti fecissent, ita proponendos, ut jam nemo eodem vecordiae delabi posset. Ab hisque, nisi fallor, non sine acerbitate quadam Tacitus petit, ut sibi liceat pietatem profiteri, — futurum enim, ut aliquando, quod illi jubeant, exsequatur —, minore autem hoc opere periculum videri virium suarum faciendum, quae si minores inventae fuerint, non suam culpam futuram, sed temporum. — Ita de hoc loco statuens praefationem illam praefationi addidi, cujus prolixitati venia opus est.

2. *prorum magisque in aperto erat*]. *Pronum* est, quod fluminis instar suapte natura decurrit, quod fieri ipsa indoles cogit; — *in aperto*, quod externis dif-

ficultatibus, fluviis, montibus, paludibus non cingitur, quod quo minus fiat, externa res non impediunt. Laudantur igitur et mores veterum, ut quibus proclive, quia ipsa natura concessum, fuerit, ut recta facerent; et tempora eorundem, per quae licuerit, optima quaelibet mente concepta perficere. Ita vere hanc dictionem *Dronckius* interpretatus est. Testimonio est noster *Agr.* 33: vota virtusque in aperto sunt = quae virtuti vestrae votis expetivistis, ea in eo loco posita sunt, unde remotis prioribus impedimentis, una virtute sumi possint. *Hist.* III, 55: quum fessos hieme atque inopia hostes aggredi in aperto foret; est etiam *Sallustius Jug.* 5. (quem locum *Walchius* pro sua sententia tuenda advocat): pauca supra repetam, quo ad cognoscendum omnia illustria magis magisque in aperto sint. Qui locus quum propter addita verba: ad cognoscendum, nostram potius sententiam adjuvare videatur, dubito num *Walchii* interpretatio: ungehindert (prorum) und offenkundiger (magis in aperto) satis probari possit. Solet quidem vel illud, quod est *apertus*, translate ita demum poni, ut id significetur, quod *intelligi* possit, non quod *cognosci*. Ex innumeris *Quinctiliani* locis paucos affero. I. Or. IV, 2, 36 Sp.: Erit autem aperta narratio atque dilucida. IV, 5, 26.: Propositio — esse debet aperta atque lucida. IX, 2, 67.: Quamlibet enim apertum, quod modo aliter intelligi possit, in illos tyrannos bene dixeris. IX, 4, 125.: Praestare debet (periodus), ut sensum concludat, sit aperta, ut intelligi possit etc. Ita *Suetonius Octav.* 86: Praecipuam curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere. *Plinius Epp.* VI, 2: Nos apertius (majoribus) dicimus? celerius intelligimus? Quam autem *Cicero* apertam narrationem dicat *In v. Ph.* 1, 20, satis ex ipso apparet. Est tamen fatendum, id quoque, quod ita fiat, ut facile cognoscatur, aperte factum dici, veluti *Plin.* VI, 19: duo priora (ut convivarentur et munera mitterent candidati) tam aperte quam immodice fiebant. Non igitur *Walchianae* rationi vocabuli vis plane obstat, sensuum nexus obviare videtur. Neque enim hoc dicit scriptor: quum olim non perficerentur modo egregia, sed etiam cognoscerentur perfecta, potuit fieri, ut cognitae res scriberentur (cognoscebantur enim, si qua fierent, etiam *Taciti* temporibus), hoc dicit: ut bene facere reip. facilius veteribus erat, ita etiam dicere de bene meritis honestum putabatur, neque quod crimini verteretur.

3. *virtutes*]. Proprie *Tacitus* de servato in moribus egregiorum hominum depingendis historici scriptoris officio agere videtur; quasi quis dicat: Quae in ceteris rebus aestimandis certa lex est, ut, quo major seculi alicujus bona gignendi ubertas sit, eo verius de genitis iudicium exerceat, ea ne ab hoc quidem genere videtur aliena. Itaque quod tempus idoneos scriptores protulit, qui quid se dignum esset, perspicerent, idem rectius, quam hodierni isti reprehensores, quid bene ab eo fieri deberet, qui in hac re operam suam collocare

vellet, aestimavit. Hac una enim ratione omnia satis firmo nexu conjuncta atque conglutinata dixerim. Posse autem illud, quod est virtutis, etiam hoc bene merendi genus complecti, non, credo, dubitabunt, qui quam late pateat vocabulum, meminisse voluerint. Eandemque rationem statim redire puto, ubi tempora virtutibus infesta dici videntur, quae, ut ceteris bonis artibus, ita scriptioni quoque bonae infesta fuere.

4. *quam non petissem*]. Ipsa hujus libri editione. — *curfaturus*]. Aliquando, in iis libris, quos de mei temporis rebus conscripturus sum.
5. *capitale fuisse*]. Ni fallor, male intellectum vocabulum magnarum dubitationum origo fuit. Quod si quis „*necis causam*“ interpretabatur, eum necesse erat mirari, quod *Lipsius* fecit, cur legisse se ceterosque rem in oculis omnium positam Tacitus diceret, non vidisse. Hinc, puto, omnes illae offensiones nullae futurae, modo interpretemur: capitali poena dignum, *Walchium* secuti vertentem: das als Todesschuld dies galt. Ita enim, si acerbitatis quendam sensum legendi vocabulo additum intellexerimus, id a scriptore dictum apparebit, quod nos majore verborum ambitu explicare conati sumus. — Ceterum omni-modo voci saevitum adjiciendum: est, non esse, ne quis hoc quoque lectum putet.
6. *omni bona arte*]. Mulieres illas, quarum exilia cum Senecionis, Rufici, Helvidii nece conjuncta sunt, Gratillam, Arriam, Fanniam (Plin. Epp. III, 11.) significatas putarem, nisi omne hoc caput, non saevitiam Domitiani in omnes, sed in scriptores potissimum depingeret, ut ea re, quum infesta etiam huic virtuti tempora fuissent, exponeretur, quamque vel nunc difficile esset, bene scribere, quum per longum temporis spatium vix loqui licuisset.
7. *honestum*]. Non interpretatus sum cum *Walchio*: Tugendhaftes, sed id esse honestum putavi, quod esset a turpitudine et probro remotum, non adjuncto egregiae speciei intellectu. Esse enim plerumque apud veteres honesta, quae reprehendi non possint, vix erit, qui dubitet. A quo nomine nescio an ea quoque vocis vis repetenda sit, qua philosophi utuntur, ubi de officiis agunt. Ad nostrum quidem locum hanc notionem oppositam esse, ut quae acerbius in Domitianum invehatur, quam illa altera, statuerim.
8. *libertatem*]. Dicendi libertatem prae ceteris ejus partibus intelligendam esse, omni, quem cernere videor, sententiarum connexu jubente, ita statuo, ut non unam significari putem, verum ut minora omnia comprehendere, quae illo nomine contineantur. Eadem eorum ratio est, quae verbis: quamquam — Securitas publica — assumpserit: natura tamen infirmitatis etc. injicienda putavi.
9. *inertiae* etc.] Inertiam esse hominis, desidiam rerum conditionis facile perspicitur. Sensim vel ejus, cui hoc minime tribuendum sit, consuetudinis nihil agendi, quod agere quidquam nolis, amorem irrepere scriptor monet, atque inde fieri, ut ea rerum condicio, quae quidquam agi vetet, quamvis, ut aliena

a nostris moribus, invisa primo sit, sensim non perferatur tantum, verum etiam ametur.

10. *promptissimus quisque*]. Non ille ad rerum actum potissimum, quamquam ne hoc quidem alienum est, sed ad bene libereque scribendum.
11. *interciderunt? Pauci etc.*]. Non video, cur omnes, quos quidem ego inspexi, ita sententias disjungant, quae mihi quidem vel arctissime connecti videntur. Ne illud quidem, quod sequitur: Pauci — venimus ab illa interrogationis imagine procul habenda sunt, quae ab illa locutione, quae est: quid? si — suspenditur. Ponatur igitur comma post: interciderunt, interrogandi signum post: venimus.
12. *nostri superstitus*]. Post lucidam *Walchii* verborum interpretationem nemo sine quodam dedecore ad nubes nebulasque priorum aliquot reverti debebat. Forma, non corporis tantum, sed etiam animi et mentis, vana illa atque inani, superesse se multosque scriptor dicit valido illi atque vitali vigori, qui vel ipsos antea in promptissimorum illorum numero esse sinebat.
13. *Non tamen pigebit*]. Non interpretor: Quamquam ita saeva virtutibus tempora fuerunt, ut poenitere etiam commemorationis eorum possit, neque adhuc ea condicio rediit, in qua vere vivere nobis videri possimus, tamen etc. Sed, quod dubitari nequit, si universae praefationis interpretatio nostra vera est: Quamquam saevissimis illis temporibus dicendi vis atque ipse animi vigor vel eorum, qui ante prompti et diligentes fuerant, oppressus periit, neque adhuc revocari potuit, ut ei, qui majori operi conscribendo accingatur, metuendum sit, ne impar coeptis inveniatur, — tamen non deo ei officio, quod mihi injungitur, et si video fore, ut incondita ac rudi voce et priorem et hodiernum reip. statum depingendo, invidiam potius quam gratiam adipiscer.

## 2.

## ad Cap. 9.

— quia castrensis jurisdictio, secuta et obtusior et plura manu agens, calliditatem fori non exerceat.

Verba: „manu agens“ *Walchius* vertit: *vieles thätlich bewirkend*. Silent interpretes, quum de aliqua judiciorum habendorum ratione agi appareat, qualis ea sit, minus facile perspiciatur. Clariorem, quam quae e *Floro Forcellinus* affert, lucem affundit *Pompon. d. orig. jur. §. 1. 2.*: Et quidem initio civitatis nostrae populus sine lege certa, sine jure certo primum agere instituit, omniaque manu a regibus gubernabantur. Postea aucta ad aliquem modum civitate ipsum Romulum traditur populum in triginta partes divisisse. cf. *Tac. Ann. III, 26*: Nobis Romulus, ut li-



bitum, imperaverat. — Quae opponitur, calliditas fori, quum certis legibus teneatur, in interpretandis ad suamque voluntatem deflectendis ac detorquendis cernitur.

## 3.

## ad Cap. 11.

Eorum sacra deprehendas, superstitionum persuasione.

Quam vehementer errent, et qui sacra et superstitiones vocabulo tenuis differre putant, quod *Waltherus* fecit, et qui sacris placita, superstitionibus ritus significari docent, id quod *Hertelio* accidit, paene supervacaneum est exponere. Referuntur enim superstitiones ad placita de deorum natura, sacra in ritibus et caerimoniis insunt. Quod quum neque veteres, neque *Walchium* fugere potuisset, commate verba distinenda arbitrati sunt. Quod tamen *Walchius* ablativum *persuasione* negat interpreti molestias creare, vereor ne ea sententia obtineri non possit. Quacunque enim arte ablativus ad grammaticae artis regulam redigi atque retrahi potest, id ipsum offensionem erit, quod simplicissima ejus ratio, deprehendendi verbo adjecti, praeter-eunda est, ut artificio aliquo adjuvante ad reconditum quiddam dumisque et spinis obseptum penetrare possis. Est enim: deprehendas sacra persuasione i. q. inde, quod persuasio superstitionis (ejusdem) adest intelligas, sacra eadem esse, — qui hercule sensus nullus est. Itaque conjecturae illi, qua scribitur *persuasiones*, accedendum puto, quae mutatio levissima, vel, sequente elemento s, nulla est. Quos autem ad tuendum ablativum Taciti locos *Walchius* attulit, aliorum alii generum sunt. Hist. 1, 44 enim et Agric. 41. ablativi causae efficientis leguntur, cujus generis vel ex Cicerone sexcenta exempla afferri possunt. Alterius interpretationis est Hist. 1, 52: Sed plurima ad fingendum — materia in ipsis castris, odio, metu, et, ubi vires suas respexerant, securitate. Qui enim hic legitur ablativus, videtur absolutus esse, subjecti ablativus, eo, qui praedicat, destitutus, ut intelligi possit: ente, sive quis mavult, agente, impellente. Ejusmodi quum multos apud Tacitum inveniri constet, nostrum quoque his adnumerarem, nisi illa, quam exposui, causa obstaret. Ita enim haec sententia confici possit: Superstitionum (Gallicarum) persuasione efficiente, sacra Gallorum apud Britannos aguntur, idque deprehendas, i. e. videas, quum illud alterum conjiciendum sit.

Ceterum monendum videtur, hoc persuasionis vocabulum a nostro non, quod facere saepenumero putatur, ubi nihil nisi temporis sui morem sequitur, suo arbitratu et aliquanto audentius positum esse, sed solere ab argenteae aetatis scriptoribus eam illi vim addi, ut, dum verae rationi opponitur, quaedam erroris atque etiam mendacii culpa adhaereat. Ita, quem *Forcellinus* ad h. v. laudat, Plinius

*Hist. N.* XXV, 2, 3: Durat tamen tradita persuasio, in magna parte vulgi, veneficiis et herbis id cogi. XXX, 13, 39: Nervos abscissos illitis vermibus scidari, persuasio est. Ita *Quintilianus*: I, 1, 8. Sp.: Qui paullum aliquid ultra primas litteras progressi, falsam sibi scientiae persuasionem induerunt. II, 3, 1: Ne illorum quidem persuasio silentio transeunda est, qui, etiam quum idoneos rhetori pueros putaverunt, non tamen continuo tradendos eminentissimo credunt, sed apud minores aliquamdiu detinent. II, 4, 16: Hinc parentum imperitorum inane gaudium, ipsis vero contemptus operis et inverecunda frons et consuetudo pessime dicendi et malorum exercitatio et, quae magnos quoque profectus frequenter perdidit, arrogans de se persuasio innascetur. II, 8, 6: Libera enim, vel contra receptas persuasiones, rationem sequenti sententia est. VIII, 2, 21: At pervasit quidem jam multos ista persuasio, ut id jam demum eleganter atque exquisite dictum putent, quod interpretandum sit. XI, 3, 11: Verum illi persuasionem suam fruuntur, qui hominibus, ut sint oratores, satis putant nasci. Similiter X, 5, 21. Paulo alia ratio est locorum III, 4, 4, ubi ironice dictum putaverim, III, 1, 6. V, 10, 13. 11, 37. Etiam *Suetonius* aliquot locis pro opinione incerta posuit: *Vitell.* 7. *Tiber.* 69: Circa deos ac religiones negligentior, quippe addictus mathematicae, persuasionisque plenus, cuncta fato agi; quibus verbis vocabulum ad rem. divinam refertur, quod et nostro loco fit et *Germ.* 45: sonum insuper audiri formasque deorum et radios capitis aspici, persuasio adjicit; et *Hist. V.* 5: eademque cura et de infernis persuasio, coelestium contra.

## 4.

## ad Cap. 13.

— plus impetus, majorem constantiam penes miseros esse.

Si etiam impetus, i. e. virtutis ac ferociae ad primos concursus, plus miseris inest, nescio qui futurum sit, ut uno alterove proelio Britanni vincantur, quod probabile videri ei, qui loquitur, e prioribus intelligitur. Itaque miror, *Walchium*, qui a recentioribus dissentire solet, eadem cum his via ingredi, dum *Acidalii* et *Ernestii* diligentiam spernit. Nam manifestum fere dixerim, non errasse utrumque, statuentem, impetum illum ad Romanos traducendum esse. Verum *Acidalii* conjecturam, scribi jubentis: plus impetus integris et ob cacophoniam non probaverim, et quia contra Taciti morem nimis anxie opponenda eligit. Sed, quum miseros Britannos dicendo, quisquis loquitur, eorum condicionem ita depinxit, ut oculis cernere tibi videaris, in antitheto latissime patens vocabulum scriptum putaverim. Haud absurdum quidem a Taciti more sit: Plus illis impetus; majorem etc., quod

litne scriptum, necne? nescio, exterminari potuisse illis similitudine elementorum praegressorum apparet.

## 3.

## ad Cap. 16.

— tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis et proprius ex legato timor agitabat.

Quum et codices et veteres editiones omnes *propius* haberent, primus *Rhenanus*, causa nulla addita, scripsit: *proprius*, quem et *Lipsius*, ne hic quidem quidquam monens, ut rem confectam judicare videatur, et ceteri ante *Ernestium* omnes secuti sunt. Post hunc unus, quod sciam, *Doederlinus Rhenani* scripturam defendit, multi praeunte *Ernestio* (qui quam vere dicat, nihil a *Rhenano* tacite immutatum esse, ipse viderit) errori tythetae deberi putaverunt. Ingeniosum sane errorem atque ex ipso Taciteae dictionis fonte casu scaturientem! Possit metum propiorem dici, sicut Ann. II, 67 proximus e praetoriis cohortibus metus dicitur, et Ovid. Metam. XIII, 578: Cura Deam propior luctusque domesticus angit, — nemo dubitabit. Frequentius etiam proprios animi affectus dici, qui certorum quorundam sint, iisque communes multorum opponi, magna locorum multitudine efficitur, et fatentur modestiores. Ita propria ira Ann. II, 55. propria odia XII, 18. propria formido XV, 45 et proprius metus III, 67, propria moderatio Quinctil. XI, 1, 58. proprius sensus doloris Cic. d. prov. conf. 1., neque longe absunt: propriae causae Tac. Ann. II, 46. Quinctil. Decl. 5, 12. proprii stimuli Ann. XV, 12. Hist. III, 45. propriae injuriae Plin. Paneg. 90. proprium crimen Hist. II, 44; aut proprius rubor Hist. IV, 7. propria turpitude Quinct. XI, 1, 83. — Eligendum igitur nostro iudicio, quum codicibus in tanta errandi facilitate non multum fidei habendum sit, utrum potius videatur. Intellexit autem verissime *Walchius*, dicendum fuisse: propior metus, non propius agitabat. Itaque ipse rationem cogitavit, quam artificiosam magis quam commendabilem dixerim. Jubet enim vocabulum ad loca trahi, ut sit: magis ex propinquo agitabat metus, ni fallor, per ambages quasdam ad tropicam rationem rediturus, quum, quae e propinquo agitent, acrius agitare soleant. Unum oppono, nondum mihi ullum locum visum esse, ubi adverbium, quod est: propius, tropice positum putarem. Insolite igitur Tacitus loqueretur, quod, quamquam fieri potuisse fateor, et esse quemdam transitum per ejusmodi locos, qualis est Virg. Aen. I, 526:

Parce pio generi, et propius res adspice nostras i. e. efficacius, — tamen, quum alterum vocabulum vel saepissime apud Tacitum occurrat, simplicius et ab omni artificio, quod hunc locum minus decere videatur, putaverim: proprius.

## ad Cap. 17.

Et quum Cerialis quidem alterius successoris curam famam-  
que obruisset, sustinuit quoque molem Julius Frontinus,  
vir magnus, quantum licebat.

Locus, qui vel iis, qui nullam se difficultatem cernere simulent, offendiculi  
abunde praebuisse videatur. Ne longi simus, missis iis, quae alii dixerant, nostrum  
de eo iudicium proferemus.

Quaerimus *primum*, qua re Frontinus impeditus sit, quin plane ac simpliciter  
magnus esset (verba enim: quantum licebat, iis adnectenda esse, quae proxime  
praecedunt: vir magnus, non videtur esse, cur exponamus), sed magnus, quantum  
licebat. Num suis et corporis et animi dotibus? At quantum quidem per has  
licet, omnes magni sumus, neque opus est id de eo dicere, quem quadamtenus lau-  
dare velis. At temporum ratio obstabat, ingenium ipsum illa deprimens, et inter-  
pretandum est: quantum sub imperatore viventi licebat. Quod nescio, cur de  
Frontino potissimum dicatur. An aptius non erat, capitis initio dicere, ubi sub  
Vespasiano magnos in Britannia duces fuisse, ita ponitur, ut nihil restringatur. Qui  
vero factum, ut id eidem scriptori monendum videretur, qui C. 42 asseveret: sciant,  
quibus moris est, illicita mirari, posse etiam sub malis principibus (quanto facilius  
sub bono) magnos viros esse, — qua quidem sententia quum omnis animus expro-  
matur, quo duce Tacitus soceri vitam conscripsit, nemini facilius, quam *Walchio*,  
apparere posse puto. — Si quid recte video, sententiarum series nullam admittit  
interpretationem, nisi unam hanc: quantum *per* obruentem Cerialem *licebat*, cui  
loquendi formulae, ut quam frequentissime legi consuet, nihil equidem opponi posse  
putaverim. Quod enim *Walchius* negat, aliter nisi legibus, instituto more, majorum,  
*licere* quidquam posse, id in ipsum recidit, quum nulla ratione, quae jure civili con-  
tineretur, quisquam magnus esse sub imperatore vetitus sit.

Quaerimus *deinde*, quid sit: molem sustinere, in cujus formulae interpretatione  
loci universi recte intelligendi caput agi dixerim. Molem autem quo minus dicamus  
belli vel curae Britannicae molem esse, obstat, quod tanta est hujus tropi cum altero  
illo, qui obruendi verbo inest, conjunctio, ut divelli invicem non possint. Necessario  
igitur fatendum est, sustineri a Frontino molem obruentis Cerialis. Sustinere autem  
hanc molem non est: parem esse oneri, sed: ita sustinere, ut neque a te demoliaris,  
neque tamen opprimi te ea patiaris. Erat igitur injecta Cerialis moles et curae et  
famae Frontini, ita tamen, ut ille fatum vitaret, i. e. etsi Cerialis effecerat, ut Fron-  
tinus pariter atque ipse magnus vir videri non posset, ut idoneus videretur, non  
impediverat.

*Tertio* loco quaerendum est, quid sit: quum Cerialis obruisset. Dixerim equidem intelligendum esse: etsi obruerat, non: licet obruere potuisset, si alium, i. e. minorem adversarium habuisset. Quod quum iis, qui cetera nostra probabunt, ut sponte verum videatur, futurum sit, nihil addere opus est.

Quid denique sit: alterius successoris, extricandum. Multi errores videntur statim excuti posse, modo prior genitivus, substantivi loco habeatur, posterior illi apponatur, ut sit: alterius, qui quidem ipsius successor futurus esset. Et tamen vocabulum, quod est: successoris, glossema esse putem, non insertum illud. Alter enim, quod saepe numero de tempore poni constat, haud raro ita legitur, ut successionis in locum prioris alicujus notionem habere videatur. Veluti apud Juvenalem 6, 148, uxor, cujus satietas maritum cepit:

Jam gravis es nobis, et saepe emungeris, exi jubetur.

Ocius, et propera; sicco venit altera naso.

Similiter Martialis usus est VII, 83, 2:

Entrapelus tonfor, dum circuit ora Luperci,

Expingitque genas, altera barba subit.

Eodemque pertinet illud Quinctil. VI, 3, 25: M. Coelius praetor, cum sellam ejus curulem Consul Isauricus fregisset, alteram posuit, loris extentam. Quidquid tamen de omittendo vocabulo statuetur, vis ejus, quod est: alterius, haec una videtur esse posse.

Restat locus omnium difficillimus, qui est de conjunctione sententiarum: Quid quaeso est: Quum Cerialis quidem obruisset, sustinuit quoque molem Frontinus? In priore particula jam N. Heinsius haerens, scribi jusserat idem, quod fere ridiculum videri debet, vel pridem, ne hoc quidem probabiliter, quum emphasis illa, quae formulae: pridem obruerat inest, hujus loci non sit. Post illum Ernestius cujusvis vel cujusque praetulit, rectius illud, hoc literis scripturae vulgatae similis. Alteram particulam, quae est quoque nemini displicuisse, est quod quis miretur. Debebat enim scribi. Frontinus quoque molem sustinuit; neque enim quidquam ille fecit praeterea, quo illud quoque referri possit. Et ut hanc quidem rem priorem absolvamus, sunt quaedam vestigia in argenteae aetatis libris, unde colligi possit, minorem positurae hujus vocabuli diligentiam adhibitam esse. Tac. Hist. II, 23 in vulgatis editionibus, etiam apud Bekkerum legitur: nam eos Otho quoque praefecerat, ubi tamen Walther., id quod scribi debebat, posuit: nam eos quoque Otho praefecerat, ad Rhenanum vulgatae referens, quamquam videtur scribendum fuisse: nam hos quoque O. pr. Quumque ne — quidem sit — quoque non, eodem videtur referendus Quinctiliani locus VI, 1, 37: Illud ne indignum quidem admonitione, ingens in epilogis nec judicio verti discrimen, quomodo se dicenti, qui excitatur, accommodet, ubi Spaldingius: Nostrum (scripsit autem: Ne illud quidem etc.) dedi sine auctore (ac ne Zumptius quidem quemquam testem produxit), faciliore transpositione et sententia

flagitante. Qui loci si cui sufficere videbuntur, plures enim afferere non possum, ei causa poterit indicari, cur, quum posset transpositio admitti, admissa sit. Erat enim in fronte sententiae collocandum sustinendi vocabulum, ut quod emphasin haberet, minus apte autem videri poterat propter longinquitatem principii postposita nomini Frontini particula, quumque simul vocabulum sustinuit videretur particulae alicujus, v. c. quidem, vel saltem, requirere additionem, addita autem ea futurum esset, ut moles verborum, ultra quam Tacito probari posset, cresceret, propterea eo, ubi legitur, migrasse vocula videtur. — *Quidem* autem illud, quod post Cerialis nomen legitur, habet sane, quod offendat. Neque enim est simile Graeco illi γὰρ quod nunc ubivis fere addi posse putant, et minus etiam, quam apud alios, in Taciti libris, cui adeo non familiare est, ut toto de vita Agricolae libro praeter formulas ne-quidem, siquidem, equidem ter tantum legatur. C. 38: *et nox quidem*, ubi distincta oppositio fit verborum: *proximus dies*. C. 44. *et ipse quidem*, cui, si non illud opponitur, quod. C. 45 legitur: *sed mihi filiaeque*, simile tamen aliquid, quod jam priore loco mente conceptum scriptor habebat. C. 43: *supremo quidem die*, quod oppositum respicit: *per omnem valetudinem ejus*. Verum adest, qui adesse debet, cui Cerialis opponatur, ipse Julius Frontinus, intelligendaque ita particula. Et quum Cerialis quidem, quod Frontinus facere non potuisset, pro sua natura alterius curam obruisset, sustinuit tamen suam indolem secutus Frontinus etc.

Ita cum aliqua difficultate, quam etiam nunc remanere fateor, intellectus tamen loco suppeditatus videtur. Unum addo: vir *magnus* esse: vir, qui animum egregium *probet*, haud raro enim illi vocabulo ea vis inest, ut significet illustre quiddam et in luce positum, veluti *Juven.* 6, 312: *magnos visurus amicos* = splendidos, nobiles, et: *pueri magnis e centurionibus orti* *Hor. Serm.* I, 6, 73; ac ne quis ironiam, quae in his locis deprehenditur, in Frontinum cadere neget, eodem referendae sunt magnae condiciones *Suet. Caes.* 3; et multa alia, praesertim quum ejusmodi vocibus epitheton additur, quales sunt gloria *Agr.* 4. fama *Agr.* 5. et similia. Unde fit, ut magnificum non id sit, quod magni aliquid perficiat, sed quod ipsum splendeat. Ita vir magnus etiam nostro loco esse poterit: vir illustris, in luce positus.

Omnis igitur loci sensum si quis vernacula interpretatione referre me jubeat, sic ego mandatum exsequar: Und während Cerialis freilich des Andern Amtsführung und Ruf überragt hatte, hielt sich auch unter der Last Julius Frontinus, ein Mann, der sich Anerkennung erwarb, so viel vergönnt war etc.

## 7.

## ad Cap. 18.

— qui classem, qui naves, qui mare expectabant:

Tres potissimum, quod sciam, hujus loci interpretationes feruntur, quarum una *Waltheri* est, explicantis: Expectabant, hostem venturum non a terra continenti

per vada et freta inter Monam insulam et litus Britanniae sita, sed per mare vastum insulam circumfluens, cum classe et navibus. Quam equidem fortasse non improbarem, modo, quod Bipontini non sine quorundam assensu optavere legeretur: *respectabant*, et anaphora vocis *qui* cum molesta emphasi sua abesset, plane ridicula illa in ejusmodi interpretatione. Altera auctoris magis verendi est. *J. F. Gronovius* enim ludere dicit suo more Tacitum, uno verbo duabus significationibus respondente nominibus diversis (i. e. ludere, quod dicunt, zeugmate). Classem enim et mare expectare, esse: nunquam futurum putare, ut Romani sine classe aut qualibuscunque navibus adsint! mare eos expectare, qui sibi persuaserint, ipsum mare pro muro sibi fore atquo accessu Romanos prohibiturum. Quam rationem quum recentiorum plerique suam fecissent, eo *Walchius* traduxit, ut zeugmatis quidquam expectandi verbo inesse negaret, plus autem solito intus habere diceret maris commemorationem, expectasse autem illos futurum, ut pro sua natura mare Romanis resisteret. Ita alia via eodem pervenitur. — At quum expectemus, quae ventura, futura sint, non video, quid futuri Britanni expectaverint, quum ea maris indoles, quam sibi affuturam sperarent, vel tum eadem esset, quae postea esse posset. Et huic autem interpretationi et *Gronoviano* zeugmati, ni fallor, ea, quam dixi, anaphora repugnat, quae et tria, non duo membra conjungit, et emphasin habet, quae et loco sic intellectu aliena videri debet. Longe enim alia ratio loci esset, si legeremus, qui classem aut naves, qui mare expectabant. Itaque non possum, quin anaphorae causa anticlimacem, quem dicunt, agnoscens, ad *Boxhornianam* interpretationem, paullulum tamen mutatam, regrediar. Est enim ejus freti, quod Monam insulam a Britannia dirimit, ejusmodi natura, ut a vagis illis et brevibus, quorum *Walth.* mentionem fecit, majoribus navigiis incommodi aliquid imminere soleat. Ann. XIV, 29. Itaque quum fretum, a quo Romanorum transitus metuebatur, quum non omnibus temporibus, tum illo tempore navibus transiri commode non posset, nihil Britanni videbant, unde periculum sibi creari posset, classem nullam, ne naves quidem. At hercule mari quidem opus esse, i. e. eo mari, quod navigari possit, quod enim navium tolerans non videatur, id ne mare quidem esse. Atqui jam vada et cautes adspici, non mare. Quid autem fuerit, quod parare postea mare Romanis posset, tum non pararet, dubitari potest. Possunt enim *Boxhorniani* illa maris flumina intelligi, certo tempore reditura, potest etiam reciprocatio maris; nam quum intra pauculas horas aliquid tamen defensionis genti parari posset, quae in suis lacertis, non in castris aut oppidis tormentorumve ingeniis spem salutis positam haberet, ne tantulae quidem morae patientem fuisse Agricola, non absimile, spero, videbitur, si illud, quod est *ita repente*, diligentius quispiam excusserit.

## ad Cap. 24.

Solum coelumque et ingenia cultusque hominum haud multum a Britannia differt in melius. Aditus portusque per commercia et negotiatores cogniti.

In his verbis et codices et veteres ante *Rhenanum* editiones uno ore omnes consentiunt. *Rhenani* conjectura est: *S. c. et ing. c. h. h. m. a. Britannia differunt. Melius aditus portusque per comm. et n. cogniti.* Hanc *Walchius* defendit, melius cognitos fuisse Hiberniae aditus portusque interpretatus, quam Britanniae.

At primum locus *Oros.* 1, 2, quo *Dronckius*, et nescio an priorum quispiam usus erat, id quidem docere debebat, *Orosii* tempore eadem verba lecta esse, quae nunc quoque in libris omnibus inveniuntur. Quum enim *Orosius* de Hibernia agens scriberet: *Haec, propior Britanniae, spatio terrarum angustior, sed coeli solique temperie magis utilis, a Scotorum gentibus colitur*, nostra eum verba respexisse neminem fugit. Neque erat, cur de sententia dubitaretur, sive ea vera fuit, sive per errorem a *Tacito* credita. Deinde, quod etiam idoneis testibus haud temere quis crediderit, nullo adhuc auctore statuitur, accuratius Hiberniae, quam Britanniae portus cognitos fuisse. Quod autem *Walchius* latine dici negat: *differt in melius*, fidem habendam viro doctissimo non puto. Quum enim omnis haec loquendi figura a mutationis, quae motu fiat, intellectu derivetur, mihi quidem a differentiae significatione hoc nomen propius videtur abesse, quam a sentiendi et dicendi verbis, qualia sunt: *credere, accipere, audire* (*in majus innotuere Hist. IV, 50. in pejus notabile Quinctil. I, 3, 1. omnia de Vitellio in deterius* (omisso etiam verbo) *Hist. III, 13.) referre, nuntiare, celebrare, vulgare*, quibus saepissime a *Tacito* *in deterius, pejus, majus, mollius* additur, aut ab ipso verbo substantivo, velut *Ann. XII, 33: in melius essent* (qui locus *Walchium* non fugit), aut etiam quibusdam verbis a mutationis significatione paullum deflectentibus (*in falsum aucta Ann. III, 56. in miraculum corruptis IV, 11, in pravum induruerunt Quinct. I, 2, 12. in majus attollens Tac. Ann. XV, 30.* An quid vetet dici: *abire* (= mutari) *in melius?* unde quanto intervallo distat: *differre i. m.* utque offensio singularis in verbo praecedente plurali: *ingenia* vitetur, — ne dicam, posse tamen, modo *cultus* singulari numero positus putetur, singularem sequi, — fateor enim, dure dictum fore, quod ingeniorum magis quam cultus commemoratio legentium memoriae inhaereat —, possumus *solum, coelum, ingenia, cultus* omnes accusativos graecos agnoscere, ut Hibernia subjecti loco sit. Denique num latine dicatur: *melius cogniti*, pro eo, quod est: magis, accuratius cogniti, dubito; habet enim formula nescio quid germanici saporis, neque adhuc legere me memini. Nec juvat, quod *bene cognitus* recte dicatur, multo enim latius in hac voce positivus patet, quam comparativus aut superlativus. Concludo igitur,



abjiciendam esse *Rhenani* conjecturam, neque aliter de ceterorum omnium statuere possum, qui simplicissimum, ni fallor, locum ita impedivere et implicuere, ut nihil nisi fuscam caliginem adspicere tibi videaris.

## 9.

## ad Cap. 27.

At Britanni, non virtute, sed occasione et arte ducis rati, nihil ex arrogantia remittere.

Lubet, eorum conjecturis, qui locum sanandum receperunt, novam addere. Legatur igitur: *At Brit. non virtute, sed occasione et arte duci se rati*, etc. et agnoscat-ur zeugma ex opposito: non virtute vinci, sed occasione et arte duci = detineri, procul haberi a victoria sicut dici solet: ducitur bellum. Sic igitur gloriantes fingo Britannos: Excidimus conatu, ne tamen quis ea re frangatur, non virtus victa est, occasio hostium fuit, eique addita ars, quae eorum solet esse, qui a virtute degenerarunt. Talibus pugnis nihil de summa rerum officitur, victoria etiamnum certa est, sed tempus amittitur. Itaque majores copias comparemus, ut victoriam tandem aliquando videamus. Sic instigatis animis sequente anno omnibus viribus ad bellum veniunt. (Cap. XXIX).

## Jahresbericht über das Gymnasium zu Neustettin

während des Schuljahres Michaelis 1834 bis dahin 1835.

### A. Verfügungen der Behörde.

Das Königliche Hochwürdige Consistorium und Provinzial-Schulcollegium für Pommern, unsere nächst vorgesezte Behörde, hat auch in dem abgelaufenen Zeitraume 1834 Aug. 20 bis 1835 Aug. 23 dem Fürstlich Hedwigischen Gymnasium durch eine Reihe von Verfügungen ein fortwährendes Wohlwollen bewiesen. Vorschriftsmäßig werden dieselben außer den Dispensationen einzelner Schüler von der Theilnahme am Griechischen Unterrichte und den Begleitschreiben der zugesandten Programme so wie mancher Geschenke für die Gymnasialbibliothek u. a. dgl. hier aufgeführt.

1834 Aug. 18 (pr. Aug. 31.) Zufertigung der Allerhöchsten Cabinetsordre vom 25ten Junius l. J. und des durch dieselbe zur Gesetzeskraft gelangten Reglements für die Prüfung der zu den Universitäten übergehenden Schüler vom 4ten Junius l. J. Es mag auch für die Angehörigen der Schüler unseres Gymnasiums nicht unzweckmäßig sein, die Hauptpunkte dieser wichtigen Verfügung hier hervorzuheben. Es kann nach S. 3 derselben forthin die Maturitätsprüfung nicht mehr bei den Königl. wissenschaftlichen Prüfungscommissionen, sondern nur bei der, aus einem Commissarius des Königl. Provinzialschulcollegiums, einem Mitgliede des Curatoriums und den Lehrern des Gymnasiums, welche den Unterricht in der ersten Classe desselben besorgen, incl. des Directors oder Rectors zusammengesetzten Prüfungscommission eines Gymnasiums (S. 5) bestanden werden. Daher müssen nach S. 41 auch solche junge Leute, welche nicht auf einem Gymnasium gebildet sind, sich an die Prüfung eines solchen anschließen. Nach S. 7 ist es erst in den letzten drei Monaten eines zweijährigen Aufenthaltes in Prima dem Schüler gestattet, sich schriftlich unter Einreichung seines in der Muttersprache geschriebenen Lebenslaufes bei dem Vorsteher der Anstalt (S. 6) zur Prüfung zu melden, wobei es indessen der pflichtmäßigen Beurtheilung des Lehrercollegiums anheim gestellt wird

„Schüler, welche sich durch Fleiß und sittliche Reife, durch ihre Gesamtbildung,  
 „so wie durch ihre Kenntnisse in den einzelnen Unterrichtsgegenständen auszeichnen,  
 „selbst schon in den drei letzten Monaten des dritten Semesters ihres Aufenthaltes  
 „in Prima, jedoch nur ausnahmsweise, zur Prüfung zuzulassen.“

Die Gegenstände der schriftlichen und mündlichen Prüfung sind: die alten Sprachen,

die Muttersprache, das Französische und (für künftige Geistliche oder Schulmänner) das Hebräische, Religionskenntniß, Geschichte und Geographie, Mathematik, Physik und Naturbeschreibung und philosophische Propädeutik (S. 10 und 12). Das Reglement warnt (S. 11) ausdrücklich und eindringlich davor, die Befriedigung der in diesen Gegenständen durch S. 28 gestellten Forderungen von einer übermäßigen Anstrengung in den letzten Monaten des Gymnasiallebens zu hoffen, durch welche wohl ein unklares Durcheinander, höchstens ein mechanisches Nebeneinander vereinzelter Notizen erreicht werden kann, nimmermehr aber ein, als Frucht harmonischer Durchbildung hervortretender Ueberblick der verschiedenen, auf der Schule betretenen Felder menschlichen Wissens. Die Zeugnisse, welche theils nach dem Ausfall der Prüfung, theils nach der sonstigen Kenntniß der Lehrer von dem Abiturienten abgefaßt werden (S. 26), das allgemeine Urtheil über Fleiß, Betragen und Charakterreise auf den Grund der Censuren der vier letzten Semester (S. 27), enthalten keine Nummern mehr, sondern sprechen nur die Reife oder Nichtreife, jene unter verschiedenen Modificationen (S. 28) aus, werden aber, der Bestimmung des S. 32 gemäß, den Abgehenden erst bei der Entlassung eingehändigt, bis wohin sie den Schulunterricht unausgesetzt zu besuchen und sich der gewöhnlichen Schulordnung zu unterwerfen haben. — Möge diese neue Ordnung einer für die Wirksamkeit der Gymnasien hochwichtigen Angelegenheit allen Segen hervorrufen, den dieselbe beabsichtigt, möge namentlich jenem überreizenden Einscharren von einzelnen Notizen, die, todt eingetragen, spurlos wieder verschwinden, gewehrt werden, zu dem nach langer Gleichgültigkeit nicht wenige während des letzten Theils ihres Gymnasiallebens durch die Furcht vor der Prüfung, und nur durch sie, getrieben zu werden pflegen. — Sept. 15. (pr. Sept. 23.) Es soll auf alles strenge Aufsicht geführt werden, was die Gymnasiasten, namentlich der oberen Classen, zu einem düffelhaften Treiben verleiten und zu einer Richtung hinführen kann, welche sie auf der Universität größeren staatsbürgerlichen Gefahren bloß stellt. — Sept. 15. (pr. Sept. 23.) Es wird gestattet, die Abiturientenprüfung in term. Michaelis, die beim Eingange des neuen Reglements vom 4ten Junius l. J. schon begonnen war, noch in der früheren Form zu Ende zu führen. — Sep. 22. (pr. Sept. 28.) Mittheilung eines Cartons zu dem Reglement vom 4ten Jun. l. J. Sept. 25. (pr. Sept. 29.) Constituirung der hiesigen Abiturientenprüfungscommission in Folge des Reglements vom 4ten Junius l. J. — Oct. 7. (pr. Oct. 15.) Empfehlung von R. E. A. Schmidts Griechischer Chrestomathie. Oct. 27. (pr. Novbr. 2.) Genehmigung des Lectiönsplans für das Wintersemester. — Novbr. 14. (pr. Novbr. 23.) Nov. 15. (pr. Nov. 23.) Anweisung, dem S. 48 des Reglements vom 4ten Juni l. J. zufolge, jährlich bis zum ersten December eine Nachweisung der bei dem Gymnasium zur Universität geprüften Schüler einzusenden. Novbr. 15. (pr. Novbr. 23.) Junge Leute, welche, ohne auf einem Gymnasium vorgebildet zu sein, die Prüfung pro maturitate bei einem solchen bestehen, bei derselben aber nicht reif befunden, sich der ersten Classe des Gymnasiums anschließen, können zu einer neuen Prüfung nach Befinden des Lehrercollegiums früher als 2 oder

resp.  $1\frac{1}{2}$  Jahre nach ihrer Aufnahme zugelassen werden. — Decbr. 6. (pr. Decbr. 14.) Empfehlung von Reigebaur: Das Volksschulwesen in den Preussischen Staaten. — Decbr. 28. (pr. 1835 Jan. 7.) Uebersendung der Subscriptionsanzeige auf Dr. W. Förster Gedächtnistafeln der Weltgeschichte etc. — 1835 Jan. 19. (pr. Jan. 28.) Aus dem Unterrichte in der Mathematik sind Kegelschnitte und sphärische Trigonometrie auszuschließen und der Cursus in Prima einjährig zu ordnen, wodurch vielleicht eine Stunde an der Mathematik in dieser Klasse erspart und den Uebungen im lateinischen Stil zugelegt werden könne. — Jan. 20. (pr. Jan. 28.) Zusendung des Katalogs der Baron v. Lorenzischen Mineraliensammlung. — Juni 9. (pr. Juni 14.) Genehmigung, daß der Subrektor Dr. Koffe das Ordinariat von Tertia übernehme. — Juni 9. (pr. Juni 14.) Genehmigung des Lectionsplans für das Sommersemester. Juli 6. (pr. Juli 15.) Mittheilung der Verfügung des Herrn General-Postmeisters Excellenz vom 2. Juni l. J., die Portofreiheit der Lehranstalten betreffend.

### B. Lehrplan der Anstalt.

Derselbe ist im wesentlichen unverändert geblieben. Auch jetzt noch sind die 5te und 6te Klasse des Gymnasiums vereinigt, ein Hinderniß für die vollständige Entwicklung desselben, welches noch fühlbarer sein würde, wenn nicht die Schülerzahl beider Klassen geringer wäre, als sie auf Gymnasien zu sein pflegt die sich in größern Städten befinden. Der Unterricht war folgender:

